



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Decretum de Indulgentijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

ea que supersunt, in diem crastinam, hanc eādem Sessionem continuando, differuntur.

CONTINVATIO SES-
SIONIS DIE IV.
DECEMB.

Decretum de Indulgentijs.

Curia potestas conferendi indulgentias à Christo Ecclesie concessa sit: atq; huiusmodi potestate diuinitus sibi tradita, antiquissimis et temporib. illa vsa fuerit: sacrosancta Synodus indulgentiarū usum Christiano populo maximè salutare, & sacrum b Conciliorum auctoritate probatū, in ecclesiaretinendum esse docet, & præcipit: eosque anathemate damnant, qui aut inutiles esse iisserunt: vel eas cōcedendi in Ecclesia potestatem esse negant, in his tamen concedendis moderationem, c iuxta veterem, & probatam in Ecclesia cōsuetudinem, adhiberi cupit; ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina eneruerit. Abusus verò, qui in his irrepererunt, & quorum occasione insigne hoc Indulgentiarū non men ab hereticis blasphematur, emēdatos, & correctos cupiens, præsenti decreto generaliter statuit, d prauos questus oēs pro his cōsequendis, unde plurima in Christiano populo abusus causa fluxit, omnino abolendos esse. Ceteros verò, qui ex sup̄stitione, ignorātia, irrenērēti,

Ioan. 20.
c. audiui-
mus. & c.
quodcū-
que liga-
uer. 24. q.
i. c. vt cō-
stituere-

tur. 50.
dist. c ad
huc de
pæn. dist.
i. toro tit
de pœ. &
remis. ex
in 6. & i.
Clem.

b Ancyra
permul-

ta Capit-

Neocel. c

3. Nicæn

c. I. & II.

Carth. 4.

c. 75. Ag.

thē c. 60.

c. c. cū ex

eo de pœ.

& remis.

d Clem.

abuſioni-

bus de

pœn. &

remis.

e sup. Sef.

f. de ref.

cap. 9.

aut aliundē quomodo cunq; prouenerunt, cum
ob multiplices locorum & prouinciarū, apud
quas hi committuntur, corruptelas commode
nequeant specialiter prohiberi; mādat omnib.
Episcopis, vt diligenter quisque huiusmodi ab-
usus ecclesiæ sue colligat, eosque in prima Sy-
nodo prouinciali referat: vt aliorum quoq; E-
piscoporum sentētia cogniti, statim ad summū
Romanum Pontificem deferātur: cuius au-
toritate, & prudentia, quod vniuersali Ecclesiæ
expedit, statuitur: vt ita sanctorum indulgē-
tiarum munus piè, sanctè, & incorruptè omni-
bus fidelibus dispensetur.

De delectu ciborum, ieiunijs, &
diebus festis.

a e. non
decet. 12.
dist. Vi-
gilius in
epist. ad
Eutherū
in si. Fe-
riix. 1. in
epist. 3.

Insuper hortatur sancta Synodus, & per
sanctissimum Domini nostri, atque Salvatoris
aduentum Pastores omnes obtestatur, vt tā-
quā boni milites illa omnia, quæ sancta a Ro-
mana Ecclesia, omnium Ecclesiarū mater, &
magistra, statuit, nec nō ea, quæ tā in hoc Con-
cilio, quā in alijs œcumenicis statuta sūt, qui-
buscumq; fidelibus sedulò cōmendecit: omniq;
diligētia vtātur, vt illis omnibus, & pīs pre-
cipue sint obsequentes, quæ ad mortificandum
carnem conducunt, vt ciborū delectus, & ie-
junia: vel etiam, quæ faciunt ad pietatē han-
argendam, vt dierum festorū deuota, & re-
ligiosa celebratio: admonētes populos crebro,

b obe-